



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia Catholica, Hoc Est Christianae Fidei, Qvam Ad  
Salvtem Animarvm Aviti Avgvstae Domvs Saxonicae  
Principes, Reges, & Imperatores coluerunt, Gloriosa  
Confessio**

**Cutsemius, Petrus**

**Coloniae Agrippinae, 1621**

Qualiter, Avt Qvomodo, Et A quibus electus sit S. Henricvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11884**

QUALITER, AVT QUOMODO, ET A  
quibus electus sit

## S. HENRICVS.

ETENIM Otto Episcopus Frisingensis, au-  
thor omni exceptione maior, pius, do-  
ctus, & natus Princeps, S. Leopoldi, Marchi-  
onis Aultriæ filius, Henrici IV. Imp. ex Ag-  
nete filia, Henrici V. ex eâdem, vtpotè sorore,  
nepos, Conradi III. frater vterinus, eaque  
ratione Friderici I. Barbarossæ patruus, scri-  
bit Chronicorum suorum li. 6. c. 27. S. Hen-  
ricum Imp. qui Ottoni III. in Imperio suc-  
cessit, *ab Omnibus Regni Primoribus*, electū esse.

Nec aliter Ditmarus ex antiquis Saxonie  
Comitibus Cognatus, Episcopus Merispur-  
genfis, qui eodem tempore vixit electionem  
S. Henrici in Regem factam narrat, Chron.  
li. 4. paulò vltra med. de funere Ottonis III.  
*Maxima*, inquit, *pars Procerum, qui his interfue-*  
*runt exequijs, Hermanno Duci auxilium promit-*  
*tunt ad regnum acquirendum &c.* Et lib. 5. in  
princ. *Pietatemq; Ducis Henrici summa præordi-*  
*natione in regnum electi conor retegere.* Et paulo  
post: *Hermannus Alamannie & Alsatie Dux ti-*  
*moratus, & humilis à multis seductus contra Hen-*  
*ricum se armavit, Theodoricus verò Luthariorum*  
*Dux vir sapiens, & militaris, quo se pars populi*  
*maior, & melior inclinaret, securus expectat.* Et

\*Alman. &  
Alsatia  
Duci.

moxi

mox: Dux (Henricus) quendam militem ad ci-  
 uitatem, quæ VVerlu dicitur ad neptes suas conso-  
 rores, Sophiam, & Ethelheidam, & ad omnes qui  
 tunc ibi conuenerunt, Regni Primate misit. Quo o-  
 mnibus in vnum collectis Legationem suam aperuit,  
 auxiliantibusque Domino suimet ad regnum bona  
 plurima promisit. Cui mox à maxima multitudine  
 vox vna respondit, Henricum Christi adiutorio, &  
 iure hereditario regnaturum, se paratos ad omnia  
 quæ sibi vnquam scirent esse voluntaria. Hocq; de-  
 xtris manibus eleuatis affirmatur. Ekkihardus cum  
 suis, quia presens non erat, simulat à tunc patientiâ  
 hoc pertulit, &c. Et infra: Deindeq; ad Moguntia  
 celeriter properando Rhenum securus enauigat. Hic  
 VIII. Idus iunij ibidem communi deuotione in Re-  
 gem electus à Villigiso eiusdem Sedis Archiepisco-  
 po, Suffraganeorumq; suimet auxilio, accepta re-  
 gali vnctione cunctis presentibus Deum collaudan-  
 tibus, coronatur. Attamen idem Ditmarus re-  
 fert ibidem refragatos electioni Hærici\* Ek-  
 kihardum, & Hermannum Lotharingie Du-  
 cem? Verum Sigebertus in Chron. ad ann.  
 1002. tollit dubium, dicens: Henricus ergo Dux  
 conciliatis sibi animis quorundam Principum Re-  
 gni vngitur in Regem à Villigiso Archiepiscopo.

\*Eccardū  
 Marchio-  
 nem Mis-  
 nia, &  
 Thurin-  
 gia.

## CONRADVS

Francus.

**I**DEM grauisissimus author, Otto Frislin. eo-  
 dem libro, c. seq. 28. scribit Conradum I. Im-

F 4

pera-